

Cap. Non est de decimis. Cap. Ex transmissa. Cap. Tua nobis.

Cur de omnibus ratio redatur.

In concessione Pontificia Regibus reservata.

Dispositio nis verba.

Decimas in conscientia deberi

nis decimæ sunt Ministris Ecclesie tribuenda. Sic ibi post enumerata aliqua in speciali. Et Cap. ex transmissa, ubi sic dicitur: quia fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere, decimas erogare tenetur. Luculentius autem in Cap. Tua nobis, ubi ratio redditur, cur omnium terræ proventuum decimæ reddi debeant Ecclesie Ministris, non deductis expensis: Cum enim Deus, cuius est terra, & plenitudo eius, Orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo, deterioris conditionis esse non debeat, quam dominus temporalis, cuius statutum de terris, quas exhibet aliis incolendis, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato, necessariis cum integritate persolvitur: nimis profecto videtur iniquum, si decimæ, quas Deus in signum universalis dominij sibi reddi præcepit, suis esse decimas, & primitias assueverant. &c. Iuxta hæc sic habetur inferius, Et cum de cunctis omnino proventibus decimæ sint reddenda &c. Ex quibus præmissa positio manifestè deducitur: quia Deus auri & argenti est peculiaris Dominus, quæ ad cultum suum miro modo intra viscera terræ genita videtur destinasse, estque illorum maximus omnium proventus, unde ab hominibus singulariter appetitus: & ita decimæ ex illo possunt singulari ratione requiri.

46. Cum ergo in Indijs proventus isti præmineant, non est credendum Ecclesiam eos penitus neglexisse. Illos itaque Regibus Catholicis simul cum alijs amplissima illa concessione donavit, de qua dictum Titulo 2. Cap. 6. Quod quidem ab alijs Pontificibus confirmatum in erectione Cathedralium Ecclesiarum, in quibus sic habetur, ut refertur à Dom. Solorzano Cap. 21. citato num. 5. At ex omnibus ibi pro tempore proventibus, præterquam ex auro & argento, & alijs metallis, gemmis, & lapidibus pretiosis, quæ pro tempore existentibus Castellæ & Legionis Regibus, quoad hoc libera esse decernimus, decimas & primitias de iure debitas, ceteraque Episcopalia iura, prout alij in Hispania Episcopi de iure, vel consuetudine exigunt, & percipiunt, exigere, & percipere libere & hinc valeant. Sic Pontifices. Cumque Reges Catholicis decimas in Ecclesias refuderint, temperatissime videntes Pontificia largitione: id quod ad prædicta attinet sibi referunt, ut videri potest apud Antonium de Herrera in Historia generali Indiarum Decade. 1. Lib. 6. Cap. 19. & Lib. 8. Cap. 10. Ex quibus sequitur tales decimas in conscientia deberi, sicut debentur aliæ, & omnes Doctores admittunt; estque prorsus innegabile, quia Ius Canonicum statuit eas ita solui, ut si non solvantur, possint Prælati usurpatores ad solutionem censuris Ecclesiasticis compelli. Vide citatum Cap. Non est. & Cap. Ex parte. & Cap. Peruenit. Circa quod ait Glossa cum alijs, Ecclesiam ante possessionem decimarum dominium earum habere. De qua questione Doctores agunt, qui de materia decimarum tractant. Et videri potest P. Palaus Tomo 2. Disput. Unica de Decimis Puncto. 2. apud quem alij.

47. Dices ex hoc non haberi quintam partem esse debitam, sed ad summum decimam. Factor ita esse: sed tamen id satis, ut non debeamus legem de quinta parte soluendam esse purè poenalem affirmare, & ita tantum post sententiam illius obligationem vrgere. Deinde, ut appareat præfatæ legis iustificatio, aduertendum est

Obiectio ex eo quod non quinta, sed decima tantum pars deberi videatur cui sit satis

iuxta dispositionem iuris Cæsarei ex venâ metallicâ inuenta decima fisco deberi. Sic enim statuitur in L. Cuncti. C. de metallar. & L. Inter publica. §. Finali, ubi Glossa. D. de verborum significat. Et id intelligitur quando est inuenta in fundo alicuius privati. Unde inferunt aliqui deberi duas decimas fisco, quando est inuenta in loco publico: nam cum in privato, præter decimam debitam fisco, debetur alia domino fundi. Pro quo Auctores adducti à P. Fragoſo Tomo 1. pag. 265. §. Alij addunt. Reges ergo nostri iuxta prædictam doctrinam, præter decimam sibi à Sede Apostolica concessam duas alias exigere poterant, iuris communis dispositionem amplexi. Cum ergo non duas, sed vnam exigunt ex iure communi debitis, & eam, quæ sibi ex priuilegio competit, non sunt exactores rigidi, sed benigni reputandi.

48. Hinc sit Officiales Regios in ordine ad hoc præcipue deputatos graui obligatione conscientia teneri ad munus suum fideliter exequentium, nec dissimulare posse grauiam præiudicia, quæ Regio patrimonio defraudatione iuris huius frequenter inferuntur. Cum enim Reges nostri adeo fundatam suam habeant intentionem, & pro fideli executione stipendia tribuant; clarè inde constat iniustitiam in dissimulatione dictâ non leuis momenti committi: quandoquidem præcipua Regij patrimonij portio in Indijs ex hac præstatione confurgit, & Deo quidem iuuante, crescit illa indies, nouarum Minarum detectione. Et anno præcedenti 1658. & præsentis 1659. amplior extitit, quam fuerit vnquam. In quo quidem diuina prouidentia respectus specialis deprehenditur, ut quando Hispanica Coronæ hostes hinc inde, ut numquam aliâs, factâ impressione concurrunt, maiora Rex noster habeat diuitiarum subsidia, ut validissimos instruere, & opponere possit exercitus victorijs felicissimis potituros. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabesceat: desiderium peccatorum peribit. Psalm. 111. v. ult. & quare ita? Propter id certè, quod præcesserat: Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. vers. 3. Quod Regi Catholico Philippo Quarto felix faustumque sit, Ecclesie familiâ pacatissimâ gratulante.

§. II.

Dubiorum quorundam circa præstationem Regiorum iurium resolutio.

49. Primum occurrit circa aurum, quod dicitur natiuum, vulgo de nacimiento, de quo est lex vt cum alio non confundatur, aut confundatur, quia ex eo non solum quinta pars, sed præterea nouena est alia persoluenda: an scilicet hæc lex obliget in conscientia, stante dudum stabilitâ sententiâ de quinta aut decima, ubi illâ Rex vitur indulgentiâ. Et videtur quidem sic dicendum ob rationes dictas, quia lex talis non est poenalis, & quia auri extractio, & elaboratio minores habet expensas, cum non amet eas, quas argentum, profunditates, & duritiam socialem. Aurum item natiuum, præter rationem

ex dispositioe iuris Cæsarei, iuxta quâ duas decimas debentur.

Officialis Regiorum obligatio sub mortali circa curam quintationis.

Vi crescit inde Regius proventus nouarum detectione Minarum.

Psalm. ut v. 3. & ult.

Dubium de auro natiuo, ne cum alio confundatur, & ut nouena pars cum quintatione soluantur.

Non videtur legem in conscientia obligare.

2. Circa prohibitionem contra tractationem cum auro in puluere.

Circa reuolucionem auri, utrum illi debeat stari.

Videri vrgendum.

hem dictam, pretiositate est singularis, unde conueniens videtur, vt plus aliquid ex eo Regio patrimonio deferatur. Verum licet hæc satis videantur vrgere, non videtur tamen cum tanto vigore agendum, ubi tantus imperatur excessus. Vt ergo ita fiat Regij Officiales aduigilent, & quæ occultari passim curantur, explorent, ex quibus maius Regio patrimonio lucrum obuenerit. Nam velle adeo rigide onerare conscientias, æternæ damnationis est laqueum quamplurimis iniectile. Pro quinto anceps circa conscientias quaestio, vt nuper vidimus: & pro noueno obligationem certam adiciemus?

50. Secundum, An lex prohibens aurum in puluere contractari, vt constat ex rescripto Regio Anni 1532. ad conscientiam spectet. Et videtur verosimile non spectare, licet poena sit grauis, amissionis scilicet; & finis quidem talis legis videtur esse, vt quinta pars Regi reddatur, quæ dari nequit dum aurum in puluere conseruatur. Non est ergo noua obligatio præter illam, cum quâ transit, ad quemcumque transit. Unde idem dicendum de eo, quod in eadem lege disponitur, ne scilicet auri glebis, vulgo Tesos, ante funditionem & quintationem ad commercium quis vtatur, sub poena eadem. Et quidem talis lex videtur poenalis peculiari quadam ratione, quia non solum poena amissionis indicitur, sed pars denunciatori assignatur: quod specialiter fieri solet, quando lex non solum positiuè disponens, sed poenalis principaliter est.

51. Tertium, Vtrum aualiatio auri secundum quales, vt dicitur, obliget in foro animæ: illi enim lege præscribuntur, ut quo tamen esse variatio solet. Cum enim auri pondus iuxta quales valorem habere debeat, & quales singuli valorem viginti quatuor marapetinorum cum tribus partibus vnus marapetini assignatum haberent per priores leges: per recentiores viginti sex marapetini, & quinta vnus pars, auro viginti duorum quilatum vt valor legitimus assignatur: vt singula auri pondera (vulgo Pesos) quingentos octoginta, & nouem marapetinos habeant. Quæ quidem dispositionum diuersitas ostendit in hoc non ita, vt in moneta, ratiocinandum: vt scilicet valori per legem statuto debeat stari: non enim ita facile valor mutaretur, non extante nouâ causâ: & ita circa valorem aureæ monetæ, sicut & argenteæ, mutatio nulla facta est. Valor ergo prædictus aurum in ratione mercis constituit. Et dubitari potest an in conscientia obliget, iuxta communem doctrinam de valore aut pretio per leges aut Principem designato quod in indiuisibili consistit, ad distinctionem pretij vulgaris, quod latitudinem habet supremi, medij, & infimi. Et videtur quidem non ita debere accipi, quia in eo res accidit mira: in Indijs enim, ubi illius natale solum, plus frequenter valet quàm in Hispaniâ: extra Hispaniam autem maius pretium habet, quia in illâ designatus valor obseruatur, qui absque dubio non videtur exactus: quandoquidem boni rerum istarum æstimatores maiori pretio sibi comparant; non quidem pro moneta efficiendâ, sed ad fabricandâ pretiosiora, propter quam causam etiam in Indijs pluri ab aurificibus emitur, & bracteariis. Quamquam & in Hispaniâ quod nobilior

est, & ex Mineris Carabaiz educitur, pluri etiam vendi solet, quàm per legem sit statutum, secretò propterea: habet enim Carabaiz aurum viginti tres quilates, seu Caracta, cum dimidio. Leges ergo istæ poenales sunt, & vt tales videntur receptæ: & ita vnus quisque vt potest vendit, circa quod neque docti Religiosi scrupulum vnquam iniiciunt, neque ipsi habent sic vendentes aut ementes, quando necessitas pro rebus sacris, aut vtilitas non indecora eorum statui succurrit.

52. Quartum, quia pro funditore, & Ensayatore, quos vocant, pro eo scilicet, qui ad miniculo ignis aurum purificat, & in laminas reddit: & pro eo, qui pretium explorat, & signaculum Regium apponit: ex quolibet pondere seu Castellano vna pars eum dimidiâ deducenda præscribitur per Schedulam An. 1578. & ex reliquâ massâ quinta pars Regi reddenda: quaestio est an lex ista etiam conscientia obligationem importet. Et quod ad fulorem seu Tulo rem attinet, si aurum ad registrum afferatur, videtur clarum deberi, quia est laboris merces lege designata: unde & similiter de Appretiatore dicendum. Nec dicas Regem suis expensis id debere præstare: nam Regi debetur quinta pars non deductis expensis, si ita velit: sic autem secus factum: nam deductis expensis, ex reliquo quinta pars extrahitur: quod enim ad fulorem & Appretiatorem spectat, inter expensas merito computatur. Si autem quis ad registrum non deferat, ubi industria prædictorum adhibenda, aurum suum; non debet in conscientia foro aliquam illis restitutionem: quia ubi labor est nullus, nulla etiam debetur merces. Neque lex obligans ad manifestationem, pro fine habet interesse prædictum eorum, quibus Rex nullum ius contulit, nisi ex suppositione laboris & industria; licet ipsi laborem talem libenter adhiberent. Quod ampliandum est, etiam si officia talia ab ipsis empta fuerint: quia quando emerunt, satis illis perspectum fuit occultationes dictas esse frequentes, unde nequeunt se fraudatus pretio proclamare.

53. Tandem circa argentum idem est cum proportione dicendum de eo, quod prædictis Officialibus assignatur, & de valore ac pretio, quod post solutam partem quintam cum Regio stigmatè pariter attribuitur, & in ipsa massa deferatur suis notis impressum. Eo enim non obstante pretium crescit & decrescit, estque id omnium consensione receptum. Unde & Regij etiam Officiales massam dictam ad Regium patrimonium pertinentem solent minoris vendere, vt pecuniam pro Regijs sumptibus necessariam cum aliqua ementium vtilitate recipiant. De alijs circa negotiationem huiusmodi, & alias de eadem materia, quaestiones inferius, Deo dante, ubi de Indicijs contractibus, differemus. Titulo 9. Cap. 3. & seqq.

Lex de parte reddenda Ensayatori, & Ensayatori, ut obliget, in auro.

Circa argentum resolutio similis.